Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 6. De reflexione super vota.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

CAP. VI.

De Reflexione ſuper Vota.

PRimò. Conſiderabis, qua ratione tria Vota ſint tria media & inſtrumenta ad attingendam perfectionem, in perfecta Charitate Dei & proximi conſiſtentem, efficaciſſima. Siquidem per votum Paupertatis tollitur affectus divitiarum : per votum Caſtitatis amor proprij ſenſus : per votum Obedientiæ amor propriæ voluntatis & judicij : omnisque affectus noſter ſolùm in Deo tanquàm in proprio collocatur centro. Quapropter Religioſus dicitur Holocauſtum : quia, ſacris votis mediantibus, totum ſe offert Deo, nihil ſibi retinendo : offerendo *& ſuos, & ſua, & ſe. Sua,* per votum S. Bern.
Paupertatis : *Suos*, per votum Caſtitatis : *& Se*, per Votum Obedientiæ.

Secundò. Conſidera, primum ſanctorum Votorum inſtitutorem fuiſſe Chriſtum D. N. qui, ut affirmant Suarez to.
plurimi SS. Patrum, in inſtanti Conceptionis ſuæ tria 2. 3. p.
hæc ſimul emiſit vota, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, non propter neceſſitatem confirmandi ſe in bono, veluti Religioſi; ſed propter occaſionem majoris meriti, & ut nobis daret exemplum, quod imitaremur. Beata Virgo tria quoque fecit vota tempore præſentationis ſuæ in templo, veluti ipſamet revelavit S. Brigittæ hiſce verbis : *Vovi in corde meo obſervare* S. Brigit.
Virginitatem, nihil unquàm poſſidere in Mundo, & etiam voluntatem meam Deo commiſi. Etenim, ſi ex illis verbis S. Petri in perſona aliorum Apoſtolorum pronunciatis : *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſu-* Matth 19.
mus te, eliciunt Doctores ſacri vota Apoſtolorum; per hæc enim verba: *Reliquimus omnia*, intelligunt renūtiationem divitiarum, ſpectantem ad Paupertatē: & renunciationem uxorū filiorumque, ſpectantem ad Caſtitatem: & per hæc alia: *Secuti ſumus te*, intelligunt executionem voluntatis Chriſti, pertinentem ad Obedientiā;

Beatæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Beata Virgo in Templo longè perfectius reliquit
divitias, parentes, ſequens Chriſtum: ergo
è niſit vota. Unde exemplo Chriſti & Mariæ
ſimæ Matris ejus haud contentus eſſe debes
rum ſubſtantia; ſed inſuper incumbere
corum acquirendæ, ut ſis etiam pauper ſpiritu
deriis, mente purus & caſtus: pravis non
gitationibus; ſed etiam vanis nuncium
obediens etiam in rebus difficilioribus;
& cœca Obedientia abnegando propriam volu
& judicium.

Tertiò, conſidera finem votorum eſſe, ut
immobilisque reddatur anima in ſervitio &
Luc. 9. Dei; adeò, ut reverti ampliùs non poſſit:
ponit manum ſuam ad aratrum, & reſpicit retro,
aptus Regno Dei.

Quartò, Conſidera plurima emolumenta
fructus ac duos præſertim principaliores
lare votis. Primus fructus eſt operatio cum
merito. Qui enim obedit cum voto Obedien
plici ratione meretur, & per actum Obedientiæ
Votum: quemadmodùm, à contrario, qui
votum, duo committit peccata; unum, quia
præceptum Divinum; aliud, quia facit contra
Secundus fructus eſt pax interna, & gaudium
quo Religioſos ob perfectam votorum obſer
fruitur in hac vita. Et hoc illud *Centuplum*
nobis promittit Chriſtus in S. Evang. Matthæi
Matth. 19. *reliquerit Patrem. &c. centuplum accipiet (*
hac vita, pacis & gaudij) *& vitam æternam,*
tura vita. Tertius fructus eſt beatitudo vitæ
ſumus, Iſrael. quia, quæ Deo placent, manifeſta
mediante Obedientia.

Quintò. Conſidera, quomodò per ſacra
animam & Chriſtum perfectum contrahatur
tium. Quapropter, ſicut in Matrimonio ſponſa
quod habet, donat Sponſo, divitias, corpus, &
voluntatem; ad eundem modum hoc idem
cum Chriſto ſacris mediantibus Votis. Ac
Obedientiæ præſertim perficiuntur hæc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia inter Sponſum & Sponſam debet eſſe *idem velle, & idem nolle.* Unde S. Bernardus: *Talis conformitas voluntatum maritat animam Verbo; & ſi perfectè diligit, nupſit.* S. Bern.

Sextò. Conſidera, quâ ratione mediantibus Votis venditus ſis in mancipium Chriſti: eorum formula eſt inſtrumentum: Beata Virgo, cæterique Sancti cœli illæ ſunt teſtatores. Hilari ſolummodò eſt animo: Si fidelis ad mortem uſque permanſeris, bonum libera- que adeò experieris hunc Dominum tuum, ut non libertatem duntaxat, ſed cœli inſuper tibi daturus ſit æternitatem, veluti ipſemet ait: *Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*

Septimò. Conſidera præterea, tria hæc vota eſſe tres clavos, quibus Cruci affixus es cum Chriſto. Unde deinceps dicere poteris cum Apoſtolo. *Chriſto confixus ſum Cruci: vivo, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus.* Sed inſuper tria arma potentiſſima, quibus oppugnantur, expugnanturque inimici noſtri. Spiritus avaritiæ ſuperatur Voto Paupertatis: vitium carnis & ſenſualitatis vincitur voto Caſtitatis: ſuperbia & ſuipſius æſtimatio expugnatur humilitate, obedientiæ voto. Sunt tres monetæ comparantes nobis Regnum cœlorum. Unde S. Auguſtinus: *Regnum cœlorum venale eſt tantum valet, quantùm es: da teipſum,* per ſacra vota; *& habebis illud.*

CAP. VII.

Propoſita.

EGo N. ſervus & mancipium Chriſti Crucifixi, & B. Mariæ Virginis Crucis ſociæ, mediante ejuſdem Chriſti gratiâ facio propoſitum obſervandi non ſolùm votorum ſubſtantiam; verùm etiam eorundem perfectionem & puritatem.

Ac primò, quod ſanctam concernit Paupertatem, non ſolùm me privabo omni proprietatis ſpecie; ſed omni etiam uſu ſuperfluo (eſto Superioris venia mihi indulto)